

Mandatorum nostrorum iam crebra sollicitudo ^{a)} ad vos pervenit, ut militibus vestris in felici exercitu nostro morantibus stipendiorum suffragia ^{b)}, sine quibus inter exercitales ^{c)} incommode ^{d)} vivitur et militaris quin talibus ^{e)} vacuatur industria, mitteretis. Sed invademus ex opere fame vestre preconia, que mandatis parendo dominicis subditorum maxime meretur devotio. Manifeste negligitis nec attenditis minoris fuisse dispendii nullos misisse ^{f)} milites quam nos inutilibus aggravare, quos ob stipendiorum defectum equorum et armorum coacta venditio nostris reliquit servitiis immunitos; nostrarum frequentiam ^{g)} iussionum ^{h)}, ubi non minus vestrum vertitur interesse quam nostrum ⁱ⁾, effectu ^{k)} permittitis debito caruisse. Occurrit nobis et aliud, quo negligentie vobis vitium impugnamus, quod cum pridem vobis serenitas nostra mandaverit, ut processibus ^{l)} Mediolanensium, nostrorum rebellium ^{m)}, in Parmensium, sicut audivimus, subsidium accinctorum potenter et viriliter resistentes mitteretis Laude ducentorum ⁿ⁾ militum comitivam vos ^{o)} super hiis, in quibus totalis summa rerum versatur, tepide gessisse ^{p)} monstrastis. Volentes igitur, ut culpa vestra preterita per subsequentem sollicitudinem ^{q)} redimatur, fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus, sicut imperii honorem diligitis et gratiam nostram karam habetis, militibus predictis stipendia debita, mora qualibet et occasione postpositis, transmittatis ^{r)}. Ceterum ad consequendum subite nec preordinate impugnationis abiectum . . . ^{s)}, quod vobis nuntiamus ad gaudium, cum appareat ^{t)} indubitabilis nobis victoria proventura ^{u)}, et civitatem predictam nuper infirmam videamus ^{v)} et manifestum sit propterea nostris votis oblata fiducia, quod eiusdem proterviam, quam hydra ^{w)} rebellium ^{x)} fraudulentem ^{y)} coadiuvat, [conteremus] ^{z)}, si succursus ^{aa)} sibi Mediolanensium proditorum, quem tamquam supremum ^{bb)} remedium anhelanter ^{cc)} expectat ^{dd)}, et de qua

^{a)} sollicitudo Hs. ^{b)} sufragia Hs. ^{c)} vgl. Du Cange, Glossarium 2 (1883) 359 ^{d)} incommode Hs. ^{e)} wenn der Text überhaupt richtig ist, wäre quin talibus zu übersetzen mit: vielmehr durch derartiges (nämlich das Ausbleiben der Löhnung) ^{f)} mississe Hs. ^{g)} frequentia Hs. ^{h)} verschlechtert zu viissionum Hs. ⁱ⁾ vestrum Hs. ^{k)} effectum Hs. ^{l)} processibus Hs. ^{m)} rebelium Hs. ⁿ⁾ ducentum Hs. ^{o)} Et Hs. ^{p)} gessisse Hs. ^{q)} sollicitudinem Hs. ^{r)} transmittatis Hs. ^{s)} hier anscheinend Lücke im Text ^{t)} apparet Hs. ^{u)} promitura Hs. ^{v)} videremus Hs. ^{w)} in terra Hs.; der Ausdruck hydra rebellium Winkelmann, Acta 1, 365 Zeile 23 ^{x)} rebelium Hs. ^{y)} lente Hs.; die suffragia mendicata und simulata der Parma zu Hilfe ziehenden Rebellen erwähnt der Kaiser in dem Brief Arch. stor. siciliano 2 (1874) 173 (BF. 3651) ^{z)} ergänzt nach der Wendung ad conterendam Parmensium . . . proterviam in dem ungefähr gleichzeitigen Brief HB. 6, 576 ^{aa)} succursus Hs. ^{bb)} supremum Hs. ^{cc)} annelantur Hs. ^{dd)} expectant Hs.; Subjekt ist civitas.